



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De immersione quotiens fieri debeat. I

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



uocato nomine trinitatis, à peccatis purgaretur.  
Tunc ergo inuocato nomine trinitatis institutum  
est baptismus Christi: in quo trinitas, cuius my-  
sterium ibi innotuit, interius hominem baptizat.

*Quare in aqua tantum fiat.*

Celebratur autem hoc sacramentum tantum in  
aqua, non in alio liquore, vt ait Christus, Nisi quis  
renat<sup>9</sup>, &c. Ideoq; vniformiter id fieri in aqua præ-  
cipitur, vt intelligatur, quod sicut aqua sordes cor-  
poris ac vestes abluit: ita baptismus maculas ani-  
mæ, sordesq; vitiatorum emundando abstergit. Ve-  
ideo vt nullū inopia excusaret: quod posset fieri,  
in vino vel oleo fieret: & vt cōmunis materia ba-  
ptizandi inueniretur apud omnes: quod aqua si-  
gnificauit, quæ de latere Christi manauit, sicut san-  
guis alterius sacramēti signū fuit. Non ergo in alio  
liquore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

*De immersione quotiens fieri debeat.*

De immersione vero si quæritur, quomodo fieri  
debeat præcise respōdemus, vel semel vel ter, pro  
vario more ecclesiæ. Vnde Greg. De trina immer-  
sione baptismi nil verius responderi potest: quam  
quod vobis ipsi sensistis, quia in vna fide nihil officit  
ecclesiæ sanctæ cōsuetudo diuersa. Quia n. in trib.  
subsistentiis vna substantia est, reprehensibile esse  
nullaten<sup>9</sup> potest infantē in baptismo ter vel semel  
immergere: quia & in tribus mersionib. personarū  
trinitas, & in vna pōt diuinitatis singularitas de-  
signari. Nos vero qui tertio immergimus, etiā tri-  
duanz sepulture sacramētum signam<sup>9</sup>. Secundum  
hoc licet non modo ter, sed etiā semel tantum im-  
mergere. Ibi tamē duntaxat immergere nō seme-  
licet vbi cōsuetudo ecclesiæ talis existit. Si quis ve-  
ro id facere incipiat, vbi cōsuetudo talis nō est, vel  
semel tantum mergendū asserat, reprehensibile se  
cōstituit. Vnde Haymo, In suo sensu abūdabat Cy-  
pria. cum semel mergebat in baptismo paruulos:

*Ioan. 19. f*

*Leandro E-  
pisc. ep. 41. l.  
ad medium.  
Ibid. paulo  
superius.*

*Ibid paulo  
superius.*

*Super epist.  
ad Roman.  
super illud c.  
14. Vnus-  
quisque in  
sensu suo.*

quia



quia quod intelligebat, studiosè implebat bonis operib. abundādo, licet in hoc nefcius derelinqueret: sed quia bonis operib. abundabat, postea corrept<sup>o</sup> à Deo abundavit altiori sensu, ter illos mergēdo. Ecce habemus, quia deliquit, qui semel merfit. Sed hoc ideo quia aliter se habebat consuetudo illius ecclesiz, vel quia vnā tantum faciendā merfionem asserbat De trina merfione. Aug. ait, postquā nos credere promissimus, tertio capita nostra in sacro fonte dimersimus: qui ordo baptizādi duplici mysterii significatione celebratur. Rectè n. tertio immerfi estis, qui accepistis baptismū in nomine Tri. Rectè tertio immerfi: quia accepistis baptismū in nomine Christi, qui die tertio resurrexit à mortuis. Illa n. tertio repetita immerfio, typū dominicæ exprimit sepulturæ. Cōstat ergo baptizandos tertio debere immergi: & tamē si semel tantū immergātur, verū baptisma accipiūt. Et qui semel immergit tantū, nō peccat, nisi cōsuetudo ecclesiz oblistat, vel hoc modo tantum debere fieri asserat.

*Quando circumcisio amisit vim suam.*

*De condic.  
4. postquam.*

*Ioan. 19. f  
ubi dicit  
consumma-  
tum est  
Matth. 26. b  
Luca 22. a  
Marc. 14. b  
Ioan. 13. b*

Solet etiam quæri, Si circumcisio amisit statim vim suam ab institutione baptismi: Ad quod dici-  
m<sup>o</sup> in Christi morte terminata esse legalia omnia. Ex tunc ergo circumcisio perdidit vim suam, ita quod postea non profecerit, sed potius obfuerit obseruatoribus suis. Sed vsque ad oblationem veteræ hostiæ potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea imminente vetus pascha cum discipulis manducasset.

*De causa institutionis.*

Causa vero institutionis baptismi, est innouatio mētis: vt homo qui per peccatum vetus fuerat per gratiam baptismi renouetur, quod fit de positione vitiorum & collatione virtutum. Sic n. fit quisque nouus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutib. Abolitio peccatorum pellit fœditatem: Appo-